Proemium auctoris

Reuerendissimi in christo pris et dñi: dñi Hugonis de sancto Charo: sacrosanctę ecclesię Romanę Tituli sanctę Sabinę Cardinalis primi de ordine sancti Dominici: in Postillā sup Psalterium: Prologus.

Egredimini filię sion/ꝛ videte regem salomonem in diademate/quo coronauit eū mater sua in die desponsationis illius/ꝛ in die lęticię cordis eius. Verbū est Salomonis filij dauid/Cant⁊. iij.d. Et dirigit ad oēs clericos: magis ad theologos: maxime ad religiosos: Ipsi eēn dicunt filię sion/ob amoris priuilegiū/ꝛ cōtemplationis fastigiū. Etēn nō filij/sed filię dicunt genere fęmino: nō ꝓpter sexus infirmitatē: sed ꝓpter prolis fęcunditatem: quā debent habere in doctrina vera/in opatione bona/in ꝓuersatione sancta. Debent nihilominus insistere speculationi: Sic eēn interptat/sion.i.speculatio. Speculatio in tribꝰ consistit. Quę in tribus cōsistit.ſ.in laboze inquisitionis: in deuotione orationis: in silentio ꝓtemplationis. In primo quęrit sponsus: In secūdo rogat: In tertio tenet inuentus. In primo loquit sponsus sponsę: In secundo sponsa sponso: In tertio dant oscula/et iungunt amplexus: Sicut dicit Cant⁊.iij.b. Paululū cum ꝓtransisse eos/iueni quē diligit anima mea: Tenui eū/nec dimittā. Sed qꝛ sponsus adhuc stat post parietē/respiciēs ꝑ fenestras/ꝓspiciens per cancellos: anteqꝫ oscula dentur vel iungant amplexus/necesse est egredi: Qd̄ attendens filius dauid/exclamat ꝛ dicit: Egredimini filię sion: et egredimini sapienter. Egressus duplex. Est eēn egressus malus: ꝛ est egressus bonꝰ. Egressus malus tripertitus est.i.de veris ad erronea: de pmanentibus ad caduca: de honestis ad turpia. Primo egressu/egredit quis a deo: secundo/a proximo: tertio/a seipso. A deo/ꝑ superbiā: A proximo/ꝑ auariciā: A seipso/per luxuriā. Primus est hęreticoꝝ: Secūdus/cupidoꝝ: Tertius/voluptuosoꝝ. De primo dicit Cant⁊.j.c. Si ignoras te o pulchra inter mulieres/egredere/ꝛ abi post vestigia gregū: ꝛ pasce hędos tuos iuxta tabernacula pastoꝝ.i.subditos tuos erroneos iuxta dogmata hęreticoꝝ. Secundo egressu/egressus est iudas: Job xiij.c. Qui cupiditate ductus/abijt ꝛ vendidit dñm suum. Tertio egressu/egressa est dina: Geñ.xxxiiij.a. Quę inuenta/corrupta est a sichem/filio emor. Hic egressus ducit ī babylonē/in regionē dissimilitudinis: vbi nō possunt
Ps.136. hymni dauitici decantari: sicut scriptū est: Quō cantabimꝰ canticū dñi/ī terra aliena. Nos igit filię sion/q̄ vultis hymnos siue psalmos dauiticos decantare: q̄rite aliū egressū/q̄ ducit ī hierlm/vbi licet ꝛ decet hymnos dauiticos decātare. Hic est egressus bonꝰ: q̄ triptitus est sicut ꝛ malus. Primꝰ est egressus de carne ad spiritū: Scōus est de natura ad ea quę sunt supra naturā: Tertius/de mundo ad cęlū. De carne ad spiritum fit egressus/per cordis contritionē. De natura ad ea quę sunt supra naturā/per diuinę leg⁊ meditationē. De mundo ad cęlum/per corpis ꝛ animę dissolutionem: seu etiā per cōtemplationē. In primo egressu/est dolor ꝛ labor. In secundo/decor ꝛ sapor. In tertio/gloria ꝛ honor. In p̄mo reducimur de inuio ad viam: de tenebris ad lucē. In secundo deducimur de virtute in virtutē: de mansione in mansionem. In tertio educimur de laboze ad requiem: de exilio ad patriā. In p̄mo siquidem egressu/egredimur de ęgypto: In secundo progredimur/per desertum: In tertio egredimur de deserto/ꝛ īgredimur terrā promissionis. Hęc eēn est triplex dieta: de qua dicit moyses Exo.v.a. Deus hebrꝰ vocauit nos vt eamus viā trium dierū in solitudinē. Primꝰ egressus ꝛ prima dieta/ducit in statū pęnitentię. Secundus egressus ꝛ secūda dieta/ducit in statū iusticię. Tertius egressus ꝛ tertia dieta/ducit in statū glorię: vl̄ ad minus ꝓtemplationis diuinę. Primus est status incipientiū: secundus ꝓficientiū: tertius perfectoꝝ seu peruenientiū. In hoc triplici statu decātant psalmi dauitici vtilit ꝛ decēter. Primā q̄nquagenam decantant incipientes/in primo statu. Secundā cantant ꝓficientes/in secundo statu. Tertiā cantant perfecti seu peruenientes in tertio statu. Eēn prima quinquagena terminat in psalmo pęnitētię.ſ. Miserere mei deꝰ: Cuius versus vltimus in iusticiā terminat: Eēn dicit: Tūc acceptabis sacrificiū iusticię ꝛc. Ps.50. Diximus siquidē/q̄ statū pęnitentię/sequit status iusticię: incipit aūt a beatitudine: qꝛ beatitudo finis est pęnitentię: mediū iusticia. Secūda q̄nquagena terminat ī psalmo pęnitētię parit ꝛ rigor⁊.ſ. Misericordiā ꝛ iudiciū: per quę delet oēs iniquitas: sicut dicit Prouerb.xvj. Ps.100. a. Misericordia ꝛ veritate redimit iniquitas. Eēn ꝛ vltimus versus secundę quinquagenę dicit: In matutino interficiebā omnes peccatores terrę: vt disperderem de ciuitate dñi oēs operantes iniquitatē. Terta quinquagena terminat in laudē spiritualē: Eēn dicit: Omnis spiritus laudet dñm: Ps.150. qd̄ cōmune est peruenientibus ꝛ pfectis. Sic ergo prima q̄nquagena/incboat: secunda/ꝓmouet: tertia/ꝓsūmat. Prima/ponit fundamentū: secunda/erigit parietes: tertia/superponit tectū: et sic ꝓsūmat ędificiū spirituale. In primo egressu ꝛ in prima dieta/quęrit rex salomon.i.christus. In secundo rogat/vt diximus: Sed in tertio/videtur ꝛ tenet. Igitur egredimini filię sion/primo ꝛ secundo ꝛ tertio egressu: ꝛ videte regē salomonē in diademate suo: sic promisit Esa.xxxiij.c. Regē in decore suo videbūt. Uidet aūt salomon ī mūdo/videbit in iudicio/videbit ꝛ ī regno. Prima visio est miserico-dię: secunda iusticię: tertia glorię. Eēn beatus Bernā. dicit: Jesus christus in exilio visus est paruus ꝛ amabilis: in iudicio magnus ꝛ terribilis: in regno videbit magnus ꝛ laudabilis. In qualibet visione ipse est dauid. In prima siquidē fuit dauid.i.manu fortis: qꝛ tunc debellauit aereas potestates. In vltima erit dauid.i.vultu desiderabilis: qꝛ ipse est in quē angeli desiderant prospicere: vt dicit.j. Pet.j.c. In media erit vtrumq̄.i.manu fortis/ꝛ aspectu desiderabilis. Manu fortis/ad reprobos: vultu desiderabilis/ad electos. Istis siquidē terribiliter intonans dicet: Ite maledicti in ignem ęternum. Illis suauiter loquens/dicet: Uenite benedicti patris mei/percipite regnū. Egredimini ergo filię sion p̄mo egressu: ꝛ videte regem dauid in mundo paruum amabilem/ꝛ amate in prima quinquagena. Egredimini secundo ꝛ videte regē dauid in iudicio iratum ꝛ terribilem/ꝛ timete: ꝛ hoc ī secunda quinquagena. Egredimini ꝛ tertio/ꝛ videte regem in regno/magnum ꝛ laudabilē: in tertia quinquagena. De primo visu dicit Baruch.iij.d. In terris visus est. De secundo Zach.xij.c. Aspicient ad me quē transfixerūt. Matth.25.d. De tertio in Ps. Edificabit dñs sion: ꝛ videbitur in gloria sua. Ps.101. Primo quidē visus est in diademate quo coronauit eū mater sua.i.beata maria in conceptione corona carnea coronauit: ꝛ nouerca in passione coronauit corona spinea/videlicet synagoga: et pater in resurrectione corona glorię. De triplici coronatione iesu. Dies aūt primę coronationis dicit dies desponsationis ꝛ lęticię: qꝛ in eo tam gloriose nupsit humana natura/q̄ gloriosius nubere nō potuit: siquidē verbum caro factum est: ꝛ habitauit in nobis: Et hester facta est regina. Propt qd̄ dicit Dauid: Deus canticum nouū cantabo tibi: in psalterio decachordo psallam tibi. Canticū nouū dicit: qꝛ de re noua.i.de verbi incarnatione: de incarnati verbi natiuitate: de nati verbi mundana conuersatione: de eiusdē passione: de eiusdē sepultura: de eiusdē descensu ad inferos ꝛ captiuorū liberatione: de illius resurrectione: de eiusdē ascensione: de sanctispiritus missione: ꝛ de eiusdē aduentu ad iudicīū: quę sunt decē chordę de quibus agit dauid in hoc libro: Propter qd̄ dicit psalteriū decachordū: Et etiā qꝛ in eo tradit doctrina decem p̄ceptoꝝ: quoꝝ intelligentia ꝛ operatio suauē faciūt melodiā: sic dr̄ Ecclj.xl.c. Tibię ꝛ psalteriū suauē faciunt melodiā: ꝛ sup vtraq̄ lingua suauis. Ex iam dict⁊ patet/q̄s sit auctor huius libri.ſ. Dauid/manu fort⁊/ꝛ aspectu desiderabilis/sm q̄ inuitamur ad studiū lectionis simul ꝛ operationis. Materia libri. Materia libri/est christus integer.i.caput ꝛ membra: sponsus et sponsa: christus ꝛ ecclesia cū suis conditionibus siue ꝓrietatibus. Intentio ꝓphetę/est in adam deformatos osten- Intentio prophete.

Proemium auctoris

Modꝰ agēdi.

dere reformatos in christo/per fidem decem priorum chorarū/ꝛ p operationē posteriorꝫ. ¶ Modus agendi talis est/ Paucꝰ ē ī verbis/multꝰ in sentētia: Nūcq̃ loquēs de capite per se: Et hoc tribus modis:modo ꝟm diuinitatē:modo ꝟm humanitatē:modo ꝟm transumptionē/attribuens capiti qd̄ est membrorꝫ. Nūcq̃ loquit de membris per se:nunc de apostolis:nunc de martyribus:nunc de confessoribus: nunc de virginibus:nunc de anachoretis:nunc de prelatis :nunc de

Partitio libri.

continentibus:nunc de coniugatis:nunc de bonis : nunc de malis. Nūcq̃ loquit simul de capite ꝛ de membris. ¶ Partitus est liber iste in tres partes.i.in tres quinquagenas / ꝟm triplicē statū hominū :O me enī genus hominū hic pascit ꝛ docetur. In prima quinquagena pascunt incipientes/pane hordaceo: In secūda ꝓficiētes/pane triticeo: In tertia perfecti siue perueniēntes/pane similagineo. Primus panis est iumentorꝫ:secundus hominum:tertius angelorū. ¶ Diuidit etiam in quinq̃ distinctiones:sed tū vnus est liber/ꝓter finis ꝛ intentionis ꝛ materie vnitatem. Unde Augꝰ. In triplicato autem quinquagenario/triplicis peccati remissio.i.cordis/oris ꝛ operis/ꝛ ipsa trinitatis vnitas designat/ que totū hoc operatur. ¶ Sunt aūt versus/bis mille ducēti sex: In quo numero triplex perfectio demonstratur. Prima est senarij/que pertinet ad penitentes:Secunda centenarij/que pertinet ad proficientes: Tertia est millenarij/que pertinet ad perueniētes. Binarius/geminā significat charitatē/que totum informat. Unde dicit in versu: Tres quinquagenas cantat David ordine psalmos:

Uersus.

Uersus bis mille/bis cētū sex canit ille: Ut sis perfectus gemino formatus amore: Incipiendo: p-

Titulus libri.

grediendo:perueniendo. ¶ Titulus talis est: Incipit liber hymnorū siue psalmorꝫ siue soliloquiorꝫ. Cuius compositionem ꝛ rationem diximus in prologio. Unde notandū q̃ sicut in tabernaculo moysi duplex fuit tentorium : Unum in introitu atrij:per quē erat ingressus ad tabernaculū. Aliud in introitu tabernaculi/per quē erat ingressus in tabernaculū: ꝛ vtrumq̃ quattuor coloribꝰ textum: vt dicit Exo.xxxviij. Ita ad hunc modum compositor huius libri/duplex fecit prologium/quasi duplicem ingressum:vnum ad librū :aliū in librum: Et vtrumq̃ continet in se quattuor/quasi quattuor coloribus distinguat. Primū prologium/quod est ingressus ad librū/continet causam nominis.i.quare liber iste psalterium/vl soliloquiū dicatur: Et rationē quāritatis.i.quare tot psalmos.i.centū quinquaginta contineat: Et causam distinctionis.i.quare ī tres quinquagenas distinguat: Et causam frequentationis.i.quare plus ceteris prophetijs ꝓphetia dauid in ecclesia frequentet. ¶ Et dicit prologiū illud ingressus ad librum/nō in librum:qz his cognitis/parū de sensu ꝛ ꝓtinentia libri nobis aperit. Secundū prologium/quod est ingressus in librū/similiter continet quattuor.s.titulū/materiam/intētionē/ꝛ modum agendi: Et hoc dicitur īgressus in librum:qz his cognitis:ea que in libro sunt aliquatenus elucescunt. Sed orit questio :cum dauid dicat ꝛ sit eximius ꝓpha:quare apud hebreos non inter prophetas/sed inter agiographa computet. Hebrei siquidē bibliam diuidunt in tres partes.s.in legem/prophetas/agiographa. Legē dicūt quinq̃ libros moysi. Prophetas/octo.s. Josue/Judicum/Samuel.i.duos primos Regū / Malachim.i. duos vltimos Regū/Esaiā/Hieremiā/Ecechielē/duodecim ꝓphetas. Noue agiographa.s. Job/Paralipomenō/Psalteriū/Esdram/Hester/tres libros salomonis/Danielē. Omnes alios libros vocant/apocrypha.s.Tobiā/Judith/Ecclesiasticū/Sapientiam/Machabeos. Ad hoc sciendū q̃ ꝓpha pluribus modis dicit.s.inspiratione / officio/ consuetudine. Propheta inspiratiōe dicit:cui deus inspirando reuelat secreta seu futura:sic Daniel/sic David/sic Esaias/sic ꝛ Hieremias fuerunt prophete. Officio propheta est : cui fit reuelatio futurorꝫ/ ꝛ mittit ad predicandum illa futura sibi diuinitus reuelata: Hoc modo nō fuit David aut Daniel propheta:qz neuter missus fuit ad predicandū populo futura. Consuetudine ꝓpha dicit:qui habet vsum ꝛ ꝓsuetudinē: ꝟm qd̄ Amos excusando se dixit.vij.d. Nō sum ꝓpha.i. nō habeo vsum ꝛ consuetudinem predicandi:licet haberet officiū ꝛ inspirationem. Quia igit David ꝛ Daniel nō habuerunt officium predicādi:ideo apud hebreos nō ponunt inter ꝓphetas. ¶ His visis qz triplex genus hominū hic reficiendum est:ꝛ ideo triplex panis necessarius est : vtamur ꝓsilio saluatoris:ꝛ eamus ad amicum/ꝛ dicamus ei: Amice/accōmoda mihi tres panes/qz amicus meꝰ venit de via:ꝛ nō habeo qd̄ ponam ante ipsum: Luc.xj.a. Quia certe ducentorū denariorꝫ panes nō sufficiūt his/vt vnusquisq̃ modicū quid accipiat: Job.vj.a. Sed ipse q̃ in fractione panis cognitus est: Luc.vlti.e. Qui de quinq̃ panibꝰ ꝛ duobꝰ piscibus.i.lege/prophetia ꝛ psalmis/quinq̃ milia hominū satiauit: Job.vj.b.frangat nobis panē istum dauiticum/vt cognoscat a nobis:ꝛ multiplicet/vt satiemur ab ipso: Et sic splēdidum in panibus benedicent labia multorꝫ: vt dicitur Eccij. xxxj.c.i.ipsum dei filium:qui doctrinam quasi prophetiam effundit: Eccij.xxiiij.d. Cui est omnis laus ꝛ gloria in secula seculorum: Amen.

¶ Explicit Prologiū auctoris.

Prologus Hieronymi

¶ Prologus sancti Hieronymi presbyteri in Psalterium Incipit.

Psalteriū romę dudū positus emendarā:et iuxta septuaginta interpretes: licet cursim/magna illud ex pte correxerāmus. Qd̄ qz rursū videt̄ o paula ꝛ eustochiū/scriptorū vitio depravatū:plusq̃ antiquū errorē q̃ nouā emendationem valere : cogitis vt veluti quodā nouali scissum iam aruū exerceam/ꝛ obliquis sulcis renascentes spinas eradicē : equū esse dicentes/vt qd̄ crebro male pullulat/crebrius succidat. Unde cōsueta prefatione cōmoneo:tam vos/ quibus forte labor iste desudat:q̃ eos qui exemplaria istiusmodi habere voluerint:vt que diligēter emendaui/cum cura ꝛ diligentia transcribant. Notet sibi vnusquisq̃ vel iacentē lineam vel radiantia signa.i. vel obelos vel astericos: et vbicūq̃ viderit virgulā precedentem/ab eavsq̃ ad duo pūcta q̃ impressimus:sciat in Septuaginta translatoribꝰ plus haberi : Ubi aūt stellę similitudinē perspexerit:de hebreis voluminibus additum nouerit equevsq̃ ad duo puncta/iuxta Theodotiōis dūtaxat editionem:qui simplicitate sermonis a septuaginta interpretibus non discordat. Nec ergo ꝛ vobis ꝛ studioso cuiq̃ fecisse me sciens:non ambigo multos fore qui vel inuidia vel supercilio malint contemnere videri preclara/q̃ discere: ꝛ de turbulento magis riuo q̃ de purissimo fonte potare.

¶ Prologus sancti Hieronymi in Psalterium Explicit.